Anno dni Millo cccc [illegible] indictione [illegible] die xviii mensis marcii actum in castro Marestici in domo Nobilis viri Dominici de Tapellis de Saviliano testatoris infrascripti presentibus Nobili dno Petro de Tapellis Conrado de Tapell Thoma de Gradivera? Lazaro Bezono Thoma Saviliano? fil. q. Georgii de Saviliano Michaele Maynerio de Villafrancha et Johe Rubeo de Bragiasco? qui duo habitant in dicto loco Marestici testibus vocatis et per infrascriptum testatorem ore proprio rogatis. Cum nichil est quod magis hominibus debeatur quam ut supreme voluntatis liber sit stilus et ideo cuilibet sapienti est bona sua taliter disponere quod ante sue saluti sit provisum et quod sint succedentes ab intestato quo nulla valeat ex horum et itaque considerans idem dictus Nobilis vir Dominicus de Tapellis superdictus de Saviliano filius quondam Egregii militis dni Andree de Tapellis bone memorie considerans per gratiam Jhesu licet corpore languens Nolens ab intestato decedere dispositionem omnium bonorum suorum per hoc presens testamentum nuncupativum sine scriptis in hunc modum facere procuravit recomendans animam suam altissimo creatori. In primis quotiens de hac presenti vita decesserit sepulturam suam fieri eligit ad ecclesiam Sti Andree de Saviliano in monumento suorum de Tapellis. Cui ecclesie legavit pro missis celebrandis solidos centum ast. Item legavit dicte ecclesie quoddam fictum sive censum perpetuale quod habet et habere debet in perpetuum ab Ardizono Ortolano videlicet solid viginti ast omni anno in perpetuum pro sua parte tali modo quod rector dicte ecclesie teneatur omni anno imperpetuum in festo mortuorum ipsum recordari facere et super monumento in quo positum fuerit habere unum cereum accensum usque quo missa fuit completa. Quod si contrarium fuit quod dictum fictum sive censum pleno iure perveniat et titulo legati conventui fratrum predicatorum Saviliani. Item legavit ecclesie Sti Petri de Saviliano Sti Johannis Ste Marie plebis et ecclesie Sti Dominici cuilibet ipsarum ecclesiarum solid viginti ast. Item legavit dno epo Taurin. pro eius mercede libr viginti quinque ast. Item legavit ecclesie Sti Andree de Vianey? flor tres auri. Item legavit ecclesie Ste Marie de Podio alios flor tres auri pro eo quod asserit promisisse ire ad ipsas ecclesias et in casu quo non iverit. Item legavit cuilibet confratrie de Saviliano sestarium unum grani. Item voluit et iubet quod omnia eius male ablata et incerte acquisita restituantur per heredem suum infrascriptum cuilibet conquerenti de iure. Item legavit Nobili dne Augustine uxori sue dotem suam que ascendit Januinos septem ann ut dixit de dote predicta constare publico instrumento recepto per Stephanum de Gomrena? not. Item legavit eidem dne Augustine uxori sue ultra dictam dotem omnes suos pannos laneos et lineos et omnia sua iocalia tam aurea argentea quam [illegible]. Item legavit eidem uxori sue cameram suam fornitam. Item legavit eidem uxori sue post decessum filii et heredis sui si contingat decedere sine liberis legiptimis ex se nat. Januinos centum ann. Item dnam Annam eius filiam sibi heredem instituit in Januinos quatuorcentum ann et ultra victum et vestitum competentem in domo dicti testatoris quousque maritabitur volens quod predictis esse tacita et contenta de sua hereditate et quod nichil aliud petere possit. Item voluit et iubet quod dicta dna Augustina sit dna gubernatrix et tutrix Bregami? et Anne filiorum suorum et dicti testatoris servando vitam vidualem et honestam absolvens eam de quacumque ratione reddenda et ab inventario conficiendo. Item voluit et iubet quod si dicta Anna eius filia decesserit in pupillari etate vel postea quandocumque sine filiis legiptimis ex se nat. quod dictus Bregamus eius filius succedat et succedere debeat pleno iure si supervixerit. In omnibus aut aliis bonis suis mobilibus et immobilibus iuribus et actionibus tam presentibus quam futuris ubicumque sint et reperiri poterint dnm Bregamum eius filium sibi heredem universalem instituit tali modo et forma. Voluit quod si dictus Bregamus decesserit quandocumque sine liberis legiptimis ex se nat. substituit ei vulgariter pupillariter et per fidei commissum Odoardum de Tapell eius fratrem pro medietate Thome et Jacobum eius nepotes filios Francisci de Tapellis et quondam Nobilis dne Cataline sororis dni Johis Rotarii pro alia medietate heredes universales sub tali conditione quod tali casu adveniente quod predicta eius filia dicti testatoris dicto casu adveniente si supervixerit habeat de bonis dicti testatoris iure institutionis Januinos septentum? ann ultra alios quatuorcentum ann. Item voluit et iubet quod in casu quo dna Aliana eius soror et dna Montazina sorores ipsius testatoris venerint ad viduitatem de quo deus avertat quod possint vivere et stare in domo dicti testatoris cum filiis suis superscriptis. Item legavit dicto casu adveniente videlicet post mortem dicti Bregami filii ecclesie Sti Andree dicte de Saviliano peciam unam terre et vostiti? iacentem in finibus [illegible] Saviliani loco ubi dicitur ad Albretum cui coherent heredes Mathei [illegible] et via publica. Item voluit et iubet dicto casu adveniente videlicet post mortem dicti Bregami quod [illegible] faciant et facere teneantur per spacium annorum viginti omni anno pro anima ipsius testatoris unam elemosinam sufficientem in Saviliano pauperibus Christi et hanc eius ultimam voluntatem asserunt esse velle quod et quam valere voluit iure testamenti nuncupativi sine scriptis et si iure testamenti non valeret saltim valeat iure codicillorum vel donationis causa mortis et cuiuscumque alterius ultime voluntatis quo melius valere poterit et tenere de iure. Et precipiens dictus testator per me Vincentium [illegible] not fieri publicum instrumentum et plura cuilibet tangenti etc.

Et ego Vincentius de Alba de Saviliano imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui vocatus et hanc cartam sive testamentum rogatus scripsi

1395. 19. Martii.
Testamentum D. Dominici de Taparellis.

61 M-30
~~Laton 148~~
[illegible]

Testamentum domini de Tapparellis

7